UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

fruct.& lit.expen.& facit tex.cum ibi no.in c.1.de appel.in 6.iuncta clem.appellanti,eod.tit. Reliqua ſuppleat Excellētiſſimus,& iuſtiſſim⁹ iudex. Laus Deo.

S V M M Æ.

Ordo exequendi traditus in l.à diuo pio, §.in uenditione,ff. de re iudi.an ſit neceſſarius, uel uoluntarius.

L.iudex poſtquam,ff.de re iudi.procedit, ſiue iudex functus fuerit officio diffinitiuè iudicando,ſiue interloquendo.

Interloquutoria exequuta nō poteſt reuocari,niſi partibus conſentientibus.

Exequutione ſemel facta uno modo,uel ſuper una re,per quam ſit creditori conſultum,non poteſt creditor uariare.

EPITOME.

CREDITOR, poſtquam pro exequutione incœpit ab immobilibus, uel mobilib⁹,& fuit in poſſeſſionem immiſſus,quòd non poſſit uariare hic probat.

CONSILIVM CVII.

ET ſi uera ſunt ea,quę ex aduerſo præſupponuntur,ꝙ † ordo exequendi traditus in l. à diuo pio,§.in uenditione, ff. de re iudic. nō ſit neceſſarius, ſed potius inductus ad fauorem creditoris pro faciliori exequutione,ut creditor poſſit incipere à bonis mobilibus, uel ab immobilibus,prout ſibi uidebitur, ut per Iaſo. poſt Bart. in d.§.in uenditione,quamuis Imol. & Alex. qui plures allegat,contrarium uelint,& iudicio meo rectius per illū tex.& per plura alia, Tamē ex hoc non ſequitur, neq; Bar.& Iaſ.dicūt, ꝙ poſtquam creditor pro exequutione incepit ab immobilibus, aut à mobilibus, quia immiſſus fuerit in poſſeſſionem, licitum ſit ipſi creditori uariare, de hoc enim nihil dicunt Barto.& Iaſ.ſed ſolum ꝙ pro exequutione licitum eſt incipere à bonis uel mobilibus,uel immobilibus,prout dicto creditori placebit,ſed ex hoc non ſequitur,quòd poſtquam creditor obtinuerit realiter, & cum effectu exequutionem in immobilibus, apprehendēdo poſſeſſionem de mandato exequutoris, poſſit uariare, & reuerti ad bona mobilia, quoniam exequutor poſtquam ſemel functus fuit officio ſuo, & uſus fuit uia exequutiua ſibi commiſſa, non poteſt ulterius ſe interponere, l.iudex poſtquam, ff. de re iudi. † quod procedit,ſiue functus fuerit officio diffinitiuè iudicādo,ſiue interloquendo,ut ſignanter declarat Bartol. in l.quod iuſſit,ff.de re iud.col.2.uerſi. quæro,de qua ſententia: & inquit idem Bar.in l.1.in fi.col.ulti. uerſicu.ſed tunc oppo.ff.de prę̨to.ſtipul.ꝙ interloquutoria, poſtquam eſt exequuta, reuocari non poteſt,niſi conſentientibus partibus.Sed dominus Auditor pro exequutione commiſſa immiſit in poſſeſſionē bonorum,mandauit colonis,ꝙ deberent de fructibus creditori reſpondere,& debitoribus præcepit,ꝙ creditorem moleſtare non deberent, & ſic fecit quicquid ad eius officium pro exequutione ſpectabat, ergo ipſe non poteſt ad inſtantiam ſolius creditoris,ſeu ſui procuratoris reuocare ea,quæ fecit, ſed ſolum id poſſet de conſenſu utriuſque partis, ut ibi per Bar.Et ꝙ facta exequutione ſemel vno modo,vel ſuper vna re,creditor nō poſſit variari,quādo per exequutionem ſemel factam eſſet creditori conſultum, voluit Ang.maximus practicus in l.reſtituere,ff.de rei vendic. qui hoc modo declarat glo.ibi, & non habet contradicentē. Vlterius dico, ꝙ Bar.Iaſ. & alii in d.§.in venditione, non dicunt, ꝙ ordo exequendi, uidelicet ut prius à mobilibus inchoetur &c.ſit uoluntarius, & non neceſſarius,immo omnes per illum tex.contrarium volunt,ſed bene quærunt, num inter ipſa bona mobilia in exequendo ſit aliquis ordo ſeruandus, & inclinant in eam partem,ꝙ non ſit ſeruandus.Et hic non eſt caſus,de quo agitur. Et hæc breuiter pro aliquali informatione in præſenti cauſa ꝑ nūc dicta ſufficiāt.

S V M M Æ.

1 *Sententia confirmata per duas ſententias conformes trāſit in rem iudicatam.*

2 *Exceptio rei iudicatæ obſtat uolenti agere in alio iudicio etiam corām alio iudice eodem remedio contra caſdem perſonas, & ex eadem cauſa.*

3 *Ea poteſt opponi non ſolum ad merita, ſed etiam ad proceſſum cauſæ.*

4 *In actione hypothecaria quando dominium,& poſſeſſio,& quando ſola poſſeſſio probari debet.*

5 *Sententia lata ex defectu probationum dicitur merè diffinitiua, & in rem iudicatam tranſit.*

6 *Hypothecaria agens contra hæredem cum beneficio legis,& inuētarij de dominio defuncti probare debet.*

7 *Remedij intentati natura, & non illius,quod competere potuit, attendi debet.*

8 *Ex ſtipulatione notarij nomine alicuius abſentis facta non acquiritur ius abſenti,uel eius hæredibus, niſi ſequuta ratificatione.*

9 *Et quando,& quomodo hæc ratificatio fieri debeat.*

10 *Inſtrumento exiſtente ſimulato,omnia in illo contenta ſunt ſimulata,& nullius momenti,& ex eo nec perſonali,nec hypothecaria actione agi poteſt.*

11 *Confeſſio dotis receptæ facta à marito conſtante matrimonio inter uiuos etiam cum renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ præſumitur facta animo donandi, & nec marito, nec eius hæredibus nocet,& nume.13.*

Et an iuramento,& morte uiri confirmetur,nu.16.& 17.

12 *Confeſſio dotis receptæ facta à marito cū renunciatione exceptionis non numeratæ pecunię, quando marito noceat, & quando non.*

14 *Quid ſi dicta confeſſio eſſet facta in inſtrumento quarentigiato.*

15 *Quid ſi eſſent lapſa tempora à iure data ad opponendam exceptionem non numeratę pecunię.*

18 *Sententia fundata in aliqua exceptione oppoſita,et cognita etiam quo ad illam exceptionem tranſit in rem iudicatam.*

EPITOME.

EXCEPTIONEM rei iudicatæ obſtare uolenti agere in alio iudicio,& coram alio iudice eodem remedio, & ex eadem cauſa,contra eaſdem perſonas.

Et ex confeſſione dotis receptæ facta à marito cōſtante matrimonio etiam cum iuramento, & renunciatione exceptionis pecuniæ nō numeratæ nō poſſe ad dotis reſtitutionem agi actione perſonali,uel tanquam ex donatione præſumpta,uel morte uiri confirmata, ſed ſimulationis exceptionem poſſe obijci, hic demonſtratur.

CONSILIVM CVIII.

IN cauſa dñarum Lauræ, & Hippolytæ de Saſſuno cōtra illos de Paſqualettis agentes actione hypothecaria ad quædam bona per dictas dominas, ac earum patrem dominum Herculem tenta, & poſſeſſa propter quādam aſſertam dotem olim dominæ Margheritæ ſororis dictorum de Paſqualettis, & aſſertæ uxoris quōdam Comitis Franciſci de Beuilacquis, cōtingit de pluribus dubitari, & Primo,an ſententia domini Nicolai auditoris lata ad fauorem dictorum domini Herculis, Lauræ,& Hippolytæ, & confirmata ꝑ alias duas ſententias conformes, quibus fuerunt abſoluti à petitis quoad remedium intentatum,tranſiuerit in rem iudicatam, ita quòd ipſis de Paſqualettis iterum agere uolentibus eodem remedio in alio iudicio obſtet exceptio rei iudicatæ. Secundo poſito, quòd quoad remedium hyppothecariæ intentatum obſtet exceptio rei iudicatæ, an etiam obſtet ipſis aduerſariis agere uolentibus in alio iudicio actione perſonali ad reſtitutionem dotium.

Tertio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN